

Charædorū musicæ: igitur in utrumque
Apoç. 14. 2. vox maiestatis intonuit. Sapiens ostenditur
amor Christi. Scient. Quam ergo facultatem flammâ ostendit charitatis?
Scientiam vocis, Salomon ait, qua constat plus quam Salomon hic. Sagitta, fulgura & voces. An voces in & ad hominum pectus, ut fugiant à facie arcus? An quia clamat ad corda, ne torquere cogatur trifida fulmina? An in musica tot & diversæ voces, ut subijciamur amoris sagittis? Voces nubes surdis auribus dederunt, sed sagitta retortæ transeunt & transeunt. Alcius pulsat vox dilecti, qua quidem vox dulcis, quia vox amoris cantantis: igitur scientia vocis, singularis soni, in scena cenaculi, certamine miro, voceque harmonica descendente de cælos Trinum superavit dilectionis hostem, Tempus scilicet, Absentiam, Ingratitudinem. Hanc vocem nos audivimus de cælo allatam, cum effemus cum illo in monte sancto. In cenaculo cum proximè videret crucis lectum & lethum, incepit sublimè adinstar oloris deliciofissimè canticum. Proportio maior datur in musica, qua quidem mutua in dilectione relatio, reciproque in officiorum exhibitione contentio. Hæcine obsequia sunt forma musicæ amoris, melodie cordis & auris, & in scientia vocis Christi maior formatur proportio; quia nulla à cordibus dilectorum redamatio, cum nec vocem quidem in gratias promeret ingratitude. Absentia extra chorum canit (si fallis, qui canit extra chorum) qui ab amore absone auditur, igitur amor absentia in musica defleat & delabitur. In qualibet eius voce charitas cordis humani perit, tonusque cadit: Christi secus, quia charitas nunquam excidit: etenim in absentia fientorem ostendit modulū, cum eius vox nunquam intonaret lapsū. Tempus uti instabile mutat continuo musicæ claves, quoniam duntaxat minorizat mutationes. Vulgò: Mutantur. Necessarium est, illo canente, successivè ascendere in musica, ac descendere; igitur ut tempus, sine tenore. Si aliquis, stat in momento, vel instanti velocissimo, qui nec tonus, neque tempus. Sequi tonum omni tempore, tempori prorsum difficile, amari verò blandimē, quippe semper in perseverantiam modulamen: quando quidem ubi vocis scientia, indurtriā summā, amor sequitur punctum, est tempus mutet tonum. Summitas est in musica eiusdem vocis tenor & consentientia, ut constet modulami

Qui sint tres hostes amoris

Eius certamen & triumphus.

nis forma, Superius intonat vox charitatis in tempus scientiæ vocis: haud amor uti tempus: semper in musica ac in vocibus phthongus: equidem voces ex scientia ad firmitatem aequales, dulcis tenoris; quantumvis mutetur signata tempora & claves. Tempus & amor in musica vocum dissonant: sed temporis mutationes amorem canentem elevat: igitur in Christi pectore ignis perseverat flamma, dum ab inconstantia temporis duntaxat canitur fuga.

De motu Mercurij in musicam Planetarum, ac Plinius, lib. 2. cap. 22. Mercurius movetur phthongo. Egimus obiter in Exposit. Liter. à n. 25. & ex professo dicemus, Tom. 7. T. 8. Motus phthongus sui similis in musica est, eodem semper & aquabili soni tenore. Mercurius Symbolum olim objiciebatur scientiæ. Ad Natal. Comit. in Mytholog. lib. 5. cap. 5. Vincent. Chartar. in Mercur. imagin. fol. 224. & Achill. Bocch. Symb. 129. & 143. Ubi scientia, singularis musica, & sine harmonia vocum maior harmonia. Unde appositè Solorzanus, Emblem. 48. subdit:

Concordia discors. Ex dissimilibus tonus consonus, & dulcior cantus. Quim vocis auditur scientia, vehementior videtur amoris flamma, qua excitatur in musicam cantor, & amoris, patet tenor; proponiturque in musicam Mercurius, & motus melodiæ phthongus; quippe dum tempus ex motu tendit in mutationem, amor etiam in tempore manifestat firmitatem. O mi lesu! Ipsi mutantur: tu autem idem ipse es. Semper enim gaudet mutationibus ingratitude, in cuius sinu nulla fovetur dilectio, sollicitans vocalas falsas, quæis pruritur aures; quoniam eiusmodi placidius audiuntur voces. Vernacule: Falsetes. Tota huius musicæ ars stat in eo, quòd falsum audiat uti subtilitas artis, & dissonantia quasi esset dulcedo vocis: at Christi musicæ summa, in huiusmodi accordi & absone harmonia: igitur amor prævalebat stabiliti firmitate, quom magis corda mutantur in instabili ingratitude. Firmiter qui sciens amavit; igitur sciens cum dilexisset, dilexit. En scientia vocis in musico cenaculi, quo amor quom moveret cordium terram, altissimè dedit vocem suam, construens in triumphum uti conformia, tria hostium puncta vel auribus dissonantia. Ingratitudinis, nimiam exponendo dilectionem, vel sciens ingrati-

Plin. Musica Planetæ Mercurij cuiusdam soni.

Solorzanus

Unde in cenaculo, Christi mirifica musica.

tudinem. Temporis, quia est pernix per alas velocitatis, transivit mirè velocitatem temporis. Absentiæ, est amoris occurrat noverca innata; quippe in amore Christi non est absentia. Hocine certamen eius qui amavit in contentionem canoræ musicæ, qua hostes disruptit & inflatos sine voce. Videbimus ergo. Didasc. seq. quomodo.

DIDASCALIA VI.

Triumphus Christi amanti ex triumpho Amoris.

Um quidam arcum & coronam haberet, exivit vincens ut vinceret. Nova in triumpho Christi audimus: equidem triumphus illi plus gloriosus; quia amore vicit, ab amore victus. Citharam habuit pro tuba, igitur amoris arma. Ubi amoris præmittitur in certamen apparatus, factus est repentè de cælo sonus: & sonus spiritus advenientis, cui caracter summi amoris: igitur ut summam dilectionem exprimeret, qua rebellem naturam sibi amanti subiugaret; haud aliam habuit in certamine formam, quam proferre amoris musicam tubam. Aversione mundus, ut canit Arator lib. 1. in A3. à v. 137. ad modulor amoris iacebat fastiditus, elinguis & auribus cordis surdus. Unde pravis desiderijs.

Impia corda Sermonum secure modos, sociisque superbis Affectus cum voce perijt. Factus ergo est amoris summi venientis de cælo sonus; & qui avertus, post cum abiit totus mundus.

Opulentaque verbi Materies celeste datum, nova vocis origo, Qua numerosa venit: totoque ex orbis disertis Sufficit una.

Domuit ergo orbem non gladio; sed musicæ amoris sono: equidem continuit omnia vocis scientia, qua suaviter ac fortiter traxit avertentia corda. Efficacia dulcioris vocis videtur, ubi sonus musicæ coelestis à mundo protervo auditur: igitur repentè ad vocem conversus, ut factus repentè de cælo sonus.

Certamina musica olim apud Græcos ac Romanos usitata, de quibus in Ephemer. Modò audiendum novum in musica Christi certamen, in mundi surdi

ac rebellis conversionem; qui quidem à fide Conditoris nimis amantis defuit, & ad modulos formandos citharæ non erant fides. Quæ antebac audire cepimus (inquit Chrysol. Chrysol. ferm. 147.) plenius audiamus. Cantat ergo fervor amoris in conflictu inauditi certaminis: unde vox prima quam audivit, minimè placuit; quia sonus sine suavitate dulcedinis, à voce inimici & tribulatione peccatoris, cum sonus esset gratus, si à voce gemitus. Signemus hostem, nimirum primò certantem, ingratitude. Si ut placeat auri, vox debet esse grata in ipso sono; displicebit facti auri, qua tantum ingratitude. Hæcine audet ingredi prima in certamen, que ut potè ingratitude semper habet in modulos malam vocem. Audit male, & auditur pessimè; siquidem nec canit, nec succedit, nec incinit, sed fridit. Dialecto nostrà: Ni en tenor, ni en baxo, ni en triple canta, sino recibina. Nescit in musicam modum (vulgo, punctum) quavis non ignoret manum; ut claves dirigat, que à clavibus debet dirigi, ut ascendat & descendat: ut ascendat cius improbitas, & descendat benefactoris nobilitas. Qualibet voce prolata, semper dissona. Noltrares: Entodo se desentona, porque se entona. Videte in Iuda proditore, non cantante, sed rudente. Quomodo movetur, quid mover, quin attendat audientem? Quid voce & corde agit, parvi ducens decertantem? Videte, qua pravitate sine rationis tenore ascendat & descendat, ingreditur & egreditur ingrato perfidiz sono; quasi scientia non esset in excelso. Non intonat, sed tonat, quia tumebar. Quid tunc amor? Cum recubisset: ait Ioannes. Dum Iudas se & cuncta in conditionem dissonæ movet, Iesus fervore amoris canens placidè seder: igitur ubi magis cordi Iudæ in ingratitude motus, magis in amore fixus. Iudas conatur, quòd amor avolet; amorque tunc altius seder, ac in perduellis mulcimen, officiorum in illum canore servat tenorem. Sequitur in musica modulos suaves, dulciores sanè dissonantia ingratitude, tenore inflexus, quin in puncto canionis sit deflexus vel delapsus: igitur decor & auctoritas dignitatis amoris (Vernacule: Eft firme el amor en su punto, por ser punto del amor) firmum esse in officijs, & erga ingratos obsequijs; dum ingratitude avide sese movet, & musica amoris aliquomodo dissonet. Idiomate Hispano in metaphora vivide: A ver, si puede desentonarle.

Chrysol.

Certamen musicum Christi, & ingratitude nis hominis.

Ioan. 13. 12. Amor firmior: ubi ingratitude proccator.

3 Cum Dominus sub Aegyptijs populum suum videret afflictum, suae erga illum benevolentiae in rubo ostendit theatrum, in quo resplendens collocavit thronum. Apparuit Dominus in flamma ignis de medio rubi. Hebr. De corde rubi. Ardebat ergo, sed nulla rubi combustio. Videbatur enim a Moyse, quod rubus arderet, & non combureretur. Hinc curiositas acuit vigilem Moysis intelligentiam, ut persecraretur a vide hancine visionem magnam. Quid igitur tanta miracula signant? Magna quidem sunt, tanquam involucra miseriarum Dei: inquit Augustin. in libell. Ego sum, qui sum, in calce, Tom. 6. Quare, ignis indicat amorem Christi, rubus incombustus duritiam cordis humani: Nam si spinis non significaretur, non spinis (subdit) Christus coronaretur. Ibi ergo eius rutilabat amor & in voce expressa cantoris fervor. Propterea (inquit) Christus erat. Habitatoris, vox est: per quod appareat, profert vocem. En amoris musica in flamma. Exploremus mysteriorum involucra. Ignis amoris Christi summè amantis erat in rubo spinosi cordis: videturque Moysi theatrum non visum, rubi frigidi cum igne ardenti theatrum; quippe miram, quod rubus igne erumperet in spinas, cum deberet accensus proferre flammam. Si amor ignem in corda mittere venit, rubus cordium in igne non combustus, sed spinosus apparuit: percelliturque haccine visione Moysis, ex cordis duricia ac ardore ingratitudinis; igitur tædet, quod in amoris tanta vehementiore flamma, redamationis, & ignis in corde nec scintilla.

4 Uterius. Cor nec ab amore (ut rubus) spinosum tangitur, quin manibus benefica laeceretur. Amor in rubo, ut cor inflammaret, rutilabat igne. Cor adinstat rubi mucrone: amorique in corde rubi constituit lucidus thronus, est apparet ibi vulneribus faucibus; quippe amoris fulgor, ubi non illius sed ingratitudinis ardor, abdicere ingratitudinem propter exinimum, flagrantem amorem: equidem tendit in gratias, quantumvis videat spinas: grata namque illi etiam gravissima vulnera, modò dilectionis flamma introducatur in corda. Præterea florescere congreuebat, non mucronari spiculis, ut aptum inveniret thronum amor descendens de caelis. At cor vel è caelo ambitum, igne amoris circumspectum, stipavit se spinis, in ulcera eximia demonstrationis; quippe in amantis obsequia, à corde ingrato præ-

Exod. 3.

Verf.

Augustin.

Rutilat magis flamma, ubi nulla redamatio nisi scintilla.

Tendit in gratias, est videat spinas.

parata vulnera. Haud horret amor? Nullo modo. Est amor fumus. Ut vincat, perfert: & flammam ac flammam profert, quippe placet in corda ingerere celestis ignis incendium, quantumvis à corde in grato plexa corona spinarum. Deinde. In corde rubi. Nonne vel amanti fastidiosum, quod cor humanum. converteretur in rubum? Siccine grates ambitu pectori? Siccine iniuria divini maximi amoris: igitur studens ut ingratitudinem vjocat; in collationem gratiarum, invenit vepres & vepres, ac mucrones loco cordium.

5 Insuper. Apparuit spinis coronandus Christus. At ubi thronus? Apparuit in flamma ignis de corde rubi. Nil mirum, si in corde grato, quod ibi divina maieftatis appareret celitudo: etenim absdubio, est rubus fuisset, sedet ibi ignifer amor celestis, modò responderet flamma, egrè diens de medio cordis: ille quippe ignem proposito mittit, ut corda ad ignem inflammaret. In flamma ignis. Si amor signatur igne, vehementia efficacitate; cur eiusdem hieroglyphica non in igne, sed in flamma? Flamma, ut videmus stat & volat: vide num. 14. & Picinell. in Mund. Symbol. lib. 2. n. 71. Si ex qualitate amoris constat excessus; Christi sanè in hoc articulo maximus, igitur volando fixus. Rationem rimemur. Amor nunquam excidit. Flamma nonnunquam se movet: & amor sedet in flamma, ubi ex mutatione, ingratitudinem signat; quippe dum exhibet multiplicem cor humanum instat flamma mutationem, ignis amoris demonstrat clarissimam ad ingratos firmiorem. Apparuit de medio rubi, & in flamma aspiciuntur. Deus in medio eius non commovebitur. Intendat licet cor ingratorum spinis pungere; conetur aculeis, quasi clavis figere; incumbat faucibus; ac trucidare amantem, in ignem mittere ignem, non ut inflammet, nec amore respondeat, sed protervitate ut urat; despiciat licet mutatione, aut pravitare; quid amor? Ubi magis cor cervicofum mutatur, ingratitudinem circumspiciens nec movetur. Illa volat, ceterum amor non evolat. Clarec ex textu. Ut in suum ignem cor spinosum converteret, amor quasi rubum inflammavit. Haud ignem suscipiens recepit in corde, imò restitit vehementissime flamma: tuncque ignis amoris magis arsisse videtur; quippe cor adinstat rubi nequam comburebatur. Ardebat, & magis fulgurabat, quoniam rubus non ardebat & apparuisse in illa flamma dicitur, dum ignis

Cur amor instat flammæ?

Picinell.

Firmator, quo magis ingratitudo movetur.

Cor ingratorum amore friget.

ignis ab effectu frustabatur; quippe ubi cor globos compescere studuit, amor magis in & ex ipsa ingratitudine apparuit. Firmabitur in illo, & non flectetur.

6 Denique. Ignis, amor, sedebat in corde ingrato, tanquam in rubo. Ibi eius audita vox dulcis, quasi vox habitatoris; quippe in amoris certamen cantor: fervore proferebat vocem. Punctus canit? Uti que, dum ingratitudo silens vocem extollit, est non cessit: siquidem cum conaretur pervertere amoris cantum, intemè videns usque in viscera punctum; dum silere canentem in modulamine studuit, turpis

Virgil. 2. Antid. v. 774. Nunquam ameri pravaluit.

Ioann. 13.

Maria à Iesu.

Quare amor gratum ingratum?

7 De discipulis Domini loquitur Evangelista. Suos (ait) qui erant in hoc mundo. Ex suorum numero erat Iudas, cuius cor respuebat flammam. Chalcasias (gemma, inquit Plin. lib. 37. cap. 11.) grandinum & colorem & figuram habet, adamantina duritia. Narrant etiam in ignem addita manere suum frigus. En cor Iudæ: friger in igne, nec mollescit adamas, nec grandinis excutitur innata frigiditas: & nihilominus Christus dirigit in illud obsequia, quasi cor esset amanti gemma pretiosa. Gemma lapis pretiosus est: siccine, sed sine pretio Iudæ proditoris cor: sine momento debita gratitudinis, duriciem habebat lapidis. Sui erant utique qui diligebant, haud qui oderant uti erat Iudas, qui demerebatur amorem, & odium merebatur propter crimen. Odiosus erat Magistro defectu charitatis, quippe duntaxat diligit diligentes: & inter suos cum dilexisset dilexit; quippe officijs dilexit, quasi diligeret. Respondit Christus amori, & non amanti etiam respondit Iudæ. Summa summi amoris rutilat, dum tantis demonstrationibus instat: igitur Iudam diligens dilexit, quasi proditor diligeret. Quia in ingressu discipulus bonus, à Magistro arcè dilectus: modò pessimus, ingratus, simulque malignus: & modò gratijs amabat, ut prius dilexerat; quippe obsequijs dilexit, quasi se non vendidisset, & dolum ac vafritiem ignorasset. Sitos diligebat, & Iudas qui suos, nec sui erat, inter suos numerat. Extrà & intra est: extrà, cogitatione proditoris: intrà, excessu charitatis: siquidem claret amoris excessus; dum illum nuncerat, uti diligebat suos. Suus & non suos perstabat, quando magistrum probebat. Non suos, pectoris malicia: suos utique amantis gratia: & non suum, ut suos amavit ut inter alios suos esset. Hinc solutio primæ questionis: Suos Christus qui erant in hoc mundo dilexit. Iudam non diligebat, nec suum vocat; dum tot officia dilectionis ostendebat. Quomodo veram, quod suos qui erant in hoc mundo dilexit? Ingratitudo Iudæ questionem dirimit; equidem proditor & perduellis tanto dolo, non erat in hoc mundo, sed in inferno. Dixit discipulis: Ex vobis unus diabolus est. Infernus diaboli locus, qui ad ignem infernum est destinatus.

Chalcasias gemma condita. Plin.

Quomodo diligit uti suos, quos scit alienos?

Vox faucibus hæst. Uti rubus iaculabatur spicula, uti flamma mutabatur per momenta. Hispanissimo paranomasiè: Ufaba puntas y puntor: ceterum amorem Christi, plithogum in musica accordi (vel vulneratum per ipsam ingratitudinem) nunquam in alium valuit mutare tenorem. Astruit Ioannes. Iesus (inquit) cum dilexisset suos, qui erant in hoc mundo, in finem dilexit eos. Cur non dicit suos, qui erant in altero mundo, uti Elias & Henoch assilentes conaculo, & communicati instituto Euchariæ Sacramento? Ita refertur in Civit. Dei mystic. p. 2. lib. 6. cap. 11. n. 1198. Non loquitur Evangelista de amore Christi utcumque, sed de amore eius excessivo ac singulari, quo suos in summum, supremumque dilexit; ut vidimus ex D. Thoma, n. 2. D. præced. minimèque esset summa dilectio, ni videretur in suos, qui erant in misero mundo: hos enim cum dilexisset, dilexit; quippe amorem ingratitudo immutata non valuit. Elias & Henoch respondebant amori, quo quippe grati dilecti. Qui in hoc mundo, plane ingrati, igitur ut grates rependeret, mundus cum non cognovit. Illi placebant; mundus displicebat, & tamen eximè amabat: equidem summi amoris officium, per excessum amoris gratum esse ingratum profus amori. Allicit amorem quod placet, tedium quod displicet: & suos qui erant in hoc mundo, Christus dilexit, quo amore excessus constabat; quia diligens dilexit quod displicebat. Vicit fastidium, quo mundus averfione displicet, quoniam demonstratione summa diligere voluit, ut posset summè diligere: igitur amare quod displicebat amori placuit, ut quod ingratum propter amorem placeret. Vide dicta, Tom. 1. T. 2. D. 2. à n. 2. Tom. V.

Quare ingratus non est in hoc mundo?

Cap. 6. 70.

8 Suos ergo Christus dilexit & in finem dilexit, cum dilexisset: id est, tunc illis ampliozem dilectionem expressit. Ampliozem: nullam gratitudinem in illa

Nunc 2 no.

nocte, qua tradendus, expectabat: & tradidit summo gaudio quicquid in manus habebat. Vigilantius vernacule: Sin la menor correspondencia, ni aguardarla, les daba a manos llenas todo quanto tenia. Omnes gloriabantur de fidei erga Magistrum constantia; verum qui essent enuciavit experientia: etenim invenit summiopere ingratos, quos prout soverat, arbitrabatur ut suos. Qui plus dignati beneficio dilectionis? Petrus, Iacobus & Ioannes: qui quidem in urgenti angustia, atque sudore sanguinis, in utramque aurem dormientes. Matth. 26. 40. Ioannes erat & cognomeno Dilectus, cui arciniora secreta revelavit: ceterum cum in sinu recubisset, oculos clausit. Ioann. 13. 24. Quid Petrus? Munera expavit, excessiva officia cognovit, & dixit suffusus rubore: Tu mihi! v. 6. dele iudicavit dignationis tanta indignum: at quid dum vidit ab inimicis apprehensum? Fide respondere cupiebat promissae glorianter fidei; sed sequebatur, dum sequebatur, a longe & ut videret finem: quippe fides tantum penes occasionem. O Emmanuel! dicam voce Evangelici Vatis: quanta passus sub amicis inimicis! Ut videret finem. Haud fides iuxta amoris fidem, sed iuxta opportunitatem. Si valet amicus, constat: si cadit amicus, labat. Illi videbatur desistere a fide promissa, & amore: ni pro illo educeret gladium, defenderet, uti par erat, Magistrum; sese opponens conventum malignantium, internam Praesidium ministrorum: ceterum cum inter hostes, etiam innocenter videret, & fidem post breve tempus excussit, & ter infeliciter praeformidine, etiam cognovisse negavit. Magnus dolor Christo, discipulos fugilles sed maximus ex defectione Petri. Nemo illorum in defensionem, praeter Petrum extrinsece enses: & cordi Christi vulnus sicine videre Petrum, qui pro illo accerrime in illos eduxit gladium. Patientia Domini graviter vulnerata, ex huiusmodi angustia. Verum etiam urgebat dolor, non infirmabatur amor: quandoquidem vel dum magistrum, quem filium Dei cognovit, metu percussus negavit; Petrum respexit. Iam non dicam vos servos, sed amicos: dixit cunctis. Ioann. 15. 15. Ecce unde Christo intentior labor, etiam urgebat tantis opprobrijs atque vulneribus dolor. Omnes discipulos gratijs honoraverat, principes constituerat, elargitus dignitates, ut qui meritis pauperes, excellenter quasi principes: & plus quam ab hostibus

Amer hominis facillior, quo debet esse fiduciosior.

Matth. 16. 43.

Isai. 8. 2.

Matth. 26. 58.

Amicorum desectio gra vius amico.

Luc. 22. 61.

patitur ab amicis & quia fugerunt, & quia fugerunt omnes: equidem in doloris solamen, nec unus quidem. Dum vident gloriosum, sequuntur; dum largitorem, deinde gloriantur; verum inter hostes, fugiunt: hocine amanti vulnus: siquidem intime percussit animus, haud quia amici abessent; sed quia in tribulatione, amico posito, fugerint.

Maxime in angustia posito.

Dubiam fidem fortuna ferebat. Quae beneficia in Iudam non contulit? Sed hic operatus uti Iudas. Nil in hoc nisi flagitia, prodiones, insidiae, doli, circumventiones, perfidia; estis cognita amanti innocentia. Conformabatur se saeculo, non magistro, captans a Praesulibus gratiam, etiam videret invidiam: proditioneque illi videbatur quasi necessarium uti; quippe placere nequibat illis sine proditione (sequitur ambitiosus in huiusmodi studijs, Iudae tradens) igitur haud in perfidia eius quieverunt cogitationes, quousque venderet & traderet inimicis. Incuriosos cognominabatur Iudas, quod sonat virum exterminationis, vel mercedis. Conveniunt rebus nomina saepe suis. Quid futurus, suo nomine praeferebat: infamia signabat potius inter homines demonem, quam hominem: igitur vili mercede, sicta pace, nota ingratitude, cum praeter de se meritum venderet, & hostibus impijs traderet; notior erant cunctis proditoris iniquitate, quam ipso nomine. Perpende stylum Lucae Apostolos nominantis: O Iudam Iscariotem, qui fuit proditor. Fuit? Quomodo? & dum eligitur? Utrique. Haud fuisset post acceptam dignitatem, ni fuisset ante electionem: equidem perfide prodidit, a quo generose dignitatem accepit. Fuit ergo proditor, antequam cognosceretur. Futurus plane quod fuit: Erat perfidus, perduellis, refractarius, fuit quod est: igitur nunquam absuit ab infami corde intentione, sed occasio quam vigilandam praeferat illi noctam, post dignitatem acceptam. In tractu patuit quod fuit; sed Christi amor, cuius est.

Lucan. Pharisal. 2. v. 460. Falsi amici mores.

Ambitiosus similis.

Cognoscitur plus iniquitate, quam nomine.

Luc. 6. 16.

Quomodo Iudas ante proditorem proditor?

Novam luce donetur illustre testimonium, quod non semel exposuimus, maxime Tom. 2. T. 5. D. 3. a num. 12. & Tom. 4. T. 3. D. 2. num. 18. T. 8. D. 2. n. 22. Qui essent Iudaei impugnatores, & quid ipse esset, Magister bonus dixit in quadam disceptatione: etenim ex iniuriarum illatione gratis, vel in patientia magnanimi pectoris (cordis radice) operationum indice utroque) quis sit cognoscitur uniusquisque.

Ioanna 8. 44. quisque. Vos (inquit) ex patre diabolo estis. Cum exaltaveritis filium hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum. Cum crucifixus eritis, etiam vobis constabit; quis ego sum, & qui vos. Vos omnino estis seducti, caeci potius obsecrati. Crux videtur vobis opprobrium, iccirco paratis lignum. Diabolo vestram uti pater pervertit mentem, quae cogitat ignominiam, & extruit exaltationem: exaltatio quippe bonis, etiam crucifigi a pravis. Vos ex patre diabolo estis. Patemini, me multa in vos operatum beneficia, fecisse insignia miracula, mundum totum post me abire, cunctis etiam inimicis gratis faville & favore: ex patre vestro in vobis claret malignitas: equidem duntaxat homines, quibus dominatur Satanas, cogitare quibant in hominem crucis tormenta; a quo, estis nolint, farentur accepisse tanta bona. Dominatorem, & actionum praesidem uti patrem, praesentem demoniorum habebant, cui placere cogitabant: quid non facerent pro patre, habentes praesidem demoniorum principem? Prodigia facta, & odiosa vobis, quia prodigia. Etiam calumniis uti facile & vanum, quod duntaxat patrum in vestrum commodum. Vos estis vos, quorum conditio ex patre diabolo est: quippequam patet genus diabolicum, crucifixibus hominem, quem habetis ut miraculum. Nolite: Poner in una Cruz a quien viveo milagros, solo lo podian discurrir unos judios.

Exaltatio boni, etiam crucifigi a pravis.

Ingratus non bono, sed a. amoni ficius.

Cap. 5.

Subditi dyfensi cogitationis.

Tunc cognoscetis. At quid? Quod ego sum ego. Ego, estis me crucifigat ingratitude. Ego, qui in amoris musica ferivo teorem, etiam dum audio garricentem ingratitudinem, nec exaudire veneno vocem incautam, aspitem. Ex Theophrasto allerit Ravif. Textor, Officin. lib. 7. cap. 40. Viperarum moribus tibieinem fesse, modulatae que adhibuit moderi. Nil profuit singularium vocum hymnica suavitas, quippe conditio audientium, aspids furdæ obturantis aures suas; est tenuit consonum, dulcissimum amor tonum, audiebant & non audiebant gemina viperarum.

Ingratitudine amor excellenter.

Ravif. Tex. Suavitatis musica in morfam vie per a.

Tunc & ibi cognoscetis, qui vos & ego; dum vel in cruce amoris rusticabit exaltatio. In cruce pectus nudum ostendam, & tunc etiam amoris vehementis flammam: etenim duntaxat ego pra amore nimio postum ferre preparatum iaculum; quippe aperti hostibus, quasi amicis pectus nudum. In cruce cum exaltaveritis, tunc cognoscetis. Pridem non? Non. Ibi mei insignis amoris fides, vehementia amoris, vulnere futuro canentis: igitur planities pectoris nuda, estis disposita in percussione lanceae. Tunc: haud mihi excessibus gaudet inflammatum cor. Tunc elucebit, quid cordialis amor sit, modo operetur in fide respiciens seiquam quidem pectore nudo suscipiam altius ingerentem lanceam, dum ira magis impellitur; ut in pectus ingreditur. Lepidius ac subtilius phrae vernacula. Aguardare con el pecho desnudo a quien mete mas el dardo, para meterle en mi pecho. Tunc, quum volante ingratitude, atque in vulnera urgente; amor fixus micabit faucibus cordis, clavis dirisima crucis. Tunc, quando ferro duro lanceae, ostium magnum aperiant in pectore: igitur etiam vos eritis, quod non estis amoris indulgentia; quoniam declinaverunt in me mala. Aquivoco Hispano: Con el hierro de la lanza quedareis perdonados, por estar en mi pecho todos los hierros. Iam cum amore amellia, oblivio iniuriarum fixa. Sine alis olim apud aliquas nationes picta victoria. Adi Pausan. cap. 20. & 97. Natal. Comit. lib. 3. Mythol. cap. 2. & Vinc. Chartar. in Minero. fol. 270. Est plane victoria amoris & de ingratitude triumphus; quoniam vel in consortio ingrati pectoris (quo avolabat) fixus.

Unde amor extimius cognoscitur?

Victoria sine ali.

Varios incitavit ore modos. Ut succinit Propertius, lib. 2. Eleg. 22. v. 6.

Propert.

Maiores in-
gratitudo ex
amoris ex-
cessu.

V. 6. Haud ingratitude cantabat Domi-
no, qui bona tribuit; sed voci suae Amor
eximus vocem virtutis dedit, ut vincere
possit; siquidem victa musica ingrati-
tudo iacet; etis, ut inquit Natal. Comes,
Venation. lib. 4.

— Non nulent dulcia verba
Nat. Com. *Silvestres animos, nullusque admittitur
illis*

Cantor.

Certamen
Christi an-
nis & tem-
poris.

13. Iam causâ cecidit ingratitude in
amoris musica causa. Audiendum pro-
tensum an melodiam mutabile pervertat tem-
pus, vel per illud in tono diaplasma in-
troducatur, & suspensione mutetur: vel
an edax rerum, quod omnia consumit
tandem tandem, consumatur amore.
Amor verax, tempus fallax, quippe saepe
fallit volatilis aetas: & dum amor per
musicam consumatur, tempus teritur, &
omnino consumitur; quia dum elevat
alas in mutationis concentum, amor vo-
lavit super pennas ventorum. Prius tem-
pus vicit amorem, quia vidit in cursu
pernicem.

Oth. Ven. *Tempus edax rerum pennas decurtat
amoris.*

Amor suae
alis. *Ut fingit Otho Vanius, Emblem. 119.
modo fax amoris pennas velocis refecat
temporis.*

Idem. *Sed vim, tela faces non domat ulla dies,
Iam amor velocior annis.*

Ovid. *Ipsa quoque assiduo labuntur tempora
motu.*

Equidem tempus ad momenta musicae est
numerus motus secundum prius & poste-
rius: amor autem ultra prius & posterius
est motus numeri, & modulamine & vo-
ce. Tempus aptum ad musicam; quoniam
acordis, consona musica habet, ut fit
dulcis, propria tempora: deindeque
tempus pro concentu consistit mutabiliter
in puncto, cuius harmoniae voluptuosa
momenta, quippe contra ingrati-
tudinem semper servat in modulos interval-
la. Dialecto nostrâ: *No es como la ingra-
titud, que nunca guarda compas.* Ingra-
titudinigitur continuo anomala, phthon-
gum vero tempus per momenta successiva.
Luculenter Ovidius, lib. 15. *Metam.*
fab. 3.

— *Labuntur tempora motu
Non secus ac flumen. neque enim consistere
flumen,*

Essentia
temporis. *Nec levis aura potest: sed unda impellitur
undis*

*Urgeturque prior veniente, urgetque
priorum.*

Tempora sic fugiunt pariter, pariterque Idem
sequuntur.

*Et nova sunt semper: nam quod fuit antè
relictum est,*

*Fitque quod novum fuerat, momentaque
cuncta novantur.*

Quid amor, si summus? Christi enituit
dum venit hora eius: equidem fixus man-
sit & immobilis in veloci motu temporis:
habuit enim horam temporis ut immobi-
lis transiret, & simul volando quie-
sceret.

14. De Seraphinis diximus D. pre-
ced. n. 8. quod volabant & stabant. Ber-
nard. hic *serm. 4. n. 1.* subdit: *Duobus vo-
labant (qui stabant) in quibus verbis vi-
dere mihi videor, quod de statione di-
ctum, volatu manifestius explicari. Vide
flammam quasi volantem & stantem si-
mul; nec miraberis iam Seraphim stan-
tes volare, stare volantes. Facit Deus mi-
nistros suos flammam ignis. In alis vo-
lantibus significatur tempus: in stantibus
non solum amor, sed summus; equidem
Seraphim designant amoris plenitudi-
nem: statque dilectionis plenitudo quasi
in throno, ubi in tempore velocissima
fuga, nitet amoris constantia. Seraphim
canebant conficentes deliciosos melos,
amorque in ore eorum dulces fecit mo-
dos. In illa musica celestis harmonicae
pugna, tempus per alas inferre volebat
ex momentis intervalla, ut saltem in pun-
cto suspenderetur diaplasmate musica: vo-
lantque Seraphim duobus alis, etiam cum
haberent sex; quippe amoris maximi,
pretiosius insignis, esse in throno constantem
volante tempore. Stare & volare sunt
contraria, & ex volatu temporis manife-
stius dilectionis explicatur permanentia,
ac quanta in pectore flamma temporis
velocitate; etenim magnum, amor in
tempore sine ulla temporis conditione.
Conditio temporis est in successione no-
vitas: vehementioris amoris, stabilitas;
tempusque & amor exponuntur unâ,
quâ amoris canentis auditur suavis har-
monia; ut clareat honor, quando in tem-
poris praesentia concinit amor: etenim
mirum, quod canat in tempore dulci te-
nore, verum sine novitate. Aliter cogita-
rem, stante imagine amoris in throno
quo ardentis dilectionis plenitudo. Sex
ibi erant alae. Quatuor arbitror temporis;
duas vero plenitudinis amoris. Temporis
velocis sine mora: amoris, praestanti-
ssimo volatu: equidem estis temporis
conspiciamus pennas, respectu amoris
qua-*

Idem. 6. 28

Bernard.

In temporis
spira avo-
rit constantia.

quasi non haberet alas quippe dum cursus
in volatu velocior, ut antecelleret, super-
volavit amor.

15. Hinc Christus in expressione ar-
dentioris, dixit discipulis: *Hic est san-
guis meus novi testamenti.* Ab Ecclesia
additur: *Aeterni Novi, pro tempore,
seu in tempore: aeterni, contra tempus,*

quia *dilexit contra finem.* Novi, amoris
demonstratione, ac novâ flammâ: aeterni,
finis carentiâ: etenim amoris pleni
demonstratio in temporis motu & cursu
quod obsequium esset in tempore no-
vum, & contra temporis conditionem
aeternum. Amor olim fictus inter numina
iunior & senior. Vide Georg. Venet.
Problem. 402. & Brixian. verb. Amor,
n. 26. Plura Ethnicismus finxit, sed qua-
si vera refert: igitur quod tempus, quia
in tempore, mirabatur novitatem; amor
constituit aeternum, quia contra finem. In
ipso contextu latet alia dilectionis insti-
gnis singularitas, ac sine redamatione ven-
nitas. *Dilexit Iesus in finem, cum dile-
xisset suos, qui erant in hoc mundo.* Cur
diligens non dicitur dilexisset Henoch &
Eliam (de quibus, *num. 6.*) sed tantum
erga discipulos cordis expressisse flam-
mam? Amabant enim illi in temporis
cursu, sed sine temporis in amore motu:
Amabant praeter Iudam discipuli (quippe
mundi) etiam in tempore, & cum tempo-
ris varietate. Illi stabiles in amore Salva-
toris: discipuli instabiles. Illi firmi, hi
vero infirmi, dum Christi summa rutila-
bat dilectio: quae quidem tantum signatur
erga suos, qui erant in hoc misero mun-
do; igitur magna in dilectione vehemen-
tia, amare firmiter dilectorum inconstan-
tia. Haud tempus pravalebat in firmita-
tem redamationis Eliæ & Henochi; quippe
illorum constantia in tempore sine
tempore. Discipuli amantes tunc, inconstan-
tia dilectionis ex mensura instabilitatis
temporis, profecto ab amore defecturi;
dum illi nequibant vel in tempore de-
ficere: & ubi Christi amanti insignis ex-
ponitur demonstratio, erga suos, dicitur,
qui erant in hoc mundo; quippe amoris
stabilis in tempore magnus honos,
suos diligere vehementer quos sciebat
defecturos. Claret obsequium insignis,
suos diligere, & defecturos amare. Deni-
que. In discipulis tempus vicit amorem;
siquidem omnes, relicto eo, fugerant. In
Christo amor uti validus, vicit instabile
tempus. Venit hora eius, & consuluit amo-
ri: in tempore tribulationis venit hora

illorum & consuluerunt fugâ. Utrorum-
que amori tempus & tempus erat: ve-
rum Christi uti summus coruscabat; quoniam
in tempore amoris, sine mutatione
temporis. Tempus est nexus praeteriti &
futuri in praesenti indivisibili puncto, suc-
cessivo, continuo, instabili motu. Amor
Christi in praesenti, ut cordis ostendat in-
cendium, non respicit praeteritum, nec
futurum: igitur stat eius summitas can-
tantis amoris, contra punctam futuri atque
praeteriti temporis.

16. Non confunditur in tempore ma-
lo, adhuc dum hominum constant confusio:
igitur ubi horum amor gestit ut mag-
nus, minorantur dies temporis eius.
Christique quando discipuli defecturi, ad-
venit tempus faciendi. Duo luminaria
magna constituta in temporis signa. *Lu-
minaria in signa & tempora* (Hendiadys.
Gen. 1. 14. *Hendiadys.*
pro in signa temporum) in dies & annos.
Emblema clarent amoris Christi & asse-
clarum in caelo cordium: illius perman-
et ut Sol, horum autem sicut Luna mu-
tatur: quandoquidem qui gloriose ex-
tendebatur in anni brevissimam duratio-
nem, instantia temporis neque durat in
diem: futilis ergo dilectionis flamma, si fa-
cit Lunam in tempora.

Gen. 1. 14.
Hendiadys.

Discrimen
amoris Chri-
sti, & ho-
minis.

— *Semperque bodierna sequenti,*

*Si crescit, minor est: maior, si contrahit
orbem.* Ovid. ubi
supr.

Dum Christus in amore ostendit incen-
dium, Sol non cognovit occasum: equi-
dem cum à tempore occasus; ut suos di-
ligeret, minime respexit tempus. Super
occafum ascendit; quoniam dilexit, cum
dilexisset. Duplex tempus in Evangelio
signatur & praesens & praeteritum. Prae-
teritum, *dilexisset*: praesens, *Hora eius &
dilexit.* Cur ergo in tempore bino tem-
pus amori, si dilexit omni tempore? Vi-
dit enim Afferor N. tempus gloriae, &
tempus ignominiae: tempus plausus, at-
que vituperij (etsi immerito) tempus.
Tempus triumphi in ingressu cum palmis,
& exitus tempus in angore passionis: &
cum dilexisset dilexit & male habitus;
igitur in tempore non dilexit iuxta tem-
pus.

Plal. 67. 5.
103. 19.

17. Ergo contemplerur tractus. Qui
gloriosus, iam invisus: tolliturque igno-
miniose uti odiosus in crucem, quum
pridem mutuo conculcarentur, ut possent
videre eum. Unum opus fecit, ex quo
cunctorum admiratio plena, cum surge-
ret sanus quidam triginta & octo annos
habens in infirmitate sua. Quae grates à
fau-

Quam futu-
ri affectus
in dilectio-
ne hominiq.

Quemod-
novus &
aeterni?

Ibid.

Non tem-
poralis in
tempore.

Firmus ubi
dilectorum
motus.

Matth. 26.
56.

Paralyticus piscine dedit alapam dju.

Math. 21.9

Ioann. 19. 14. 15.

Cap. 18. 40.

Qui videtur amor vagatur furor.

Piccinell.

Carduc.

fauto histhoc conferuntur, dum alij illo viso mirabantur? Dedit alapam Iesu, ut diximus, Tom. 4. T. 3. D. 3. num. 7. Eum, qui è miseria tantà eduxit, magnopere favit, ita deturpat insolenter improbus? Quid mirum? Ferebat tempus. Qui amplius discerpit à benevolentia beneficium, acrius audacter impigit colaphum. O tempora! ò mores! Vide causam loc. cit. T. 6. D. 5. num. 12. Regem cupierunt constituere ob alius patrationem miraculi, clamantes: *Benedictus, qui venit in nomine Domini.* O populum felicem, hominem miraculosum habentem, de caelo delapsum in miseriarum, & ærumnarum subsidium! Hofannà! Macè, eugè. Videatur fanna, quam ferebant tempora. *Ecce Rex vester:* dicit illis Pilatus. At quid illi, qui dixerant Evax? Vah, apagè: *Tolle, tolle, crucifixe eum.* Ille eminebit iuxta merita in cruce. Ubi plausus? Non alia ferebat tempus. Iuxta tempus pectoris amor, iam furor. Quid facerent subditi, complacentes Præsidi? Quid Præsens non faceret, etsi causam non cognosceret, ut subditis complaceret? Innocentia clamar, Præsens recogitat; dimitatur, inquit, liber, si dimitendus est alter. Quem vultis? *Non hunc, sed Barabbam:* dicunt. Latronem? Homicidam & seditiosum? Illum. Ita convertitur animus? Perfert mutabile tempus. Quid faciendum de Iesu? Crucifigatur. Si facienda est electio, non eligitur? Nullo modo. *Non hunc.* Modo non sit hic, quem averfatur toto corde voluntas; eligatur à nobis quanvis sit Barabbas. Illi qui damnant, pridem eximie plaudebant: sed amorem in odium prava voluntas convertit, prout tempus currit. Videte in tempore prius & posterius. Tempus canit, musicam suscipit usus, atque saltat iuxta tempus. Musica amoris Christi haud credit temporari. Fit dulcor modulus, suavior concentus, ex dissonantia temporalis usus: etenim in renore immobilis modulaminis, contra intervalla & temporis mutationes.

18. Quis enim arbitraretur, per arundinem levem posse indicari firmitatem? Unde Piccinell. in *Mund. Symbol.* lib. 9. num. 99. dicit: *Firma, licet infirma.* Carduciusque ibid. numer. 103.

In levitate sua constans agitur arundo. Etiam symbolum est amoris, quippe aliquando sumitur pro sagittis. Virgil. 4. *Æneid.* v. 73.

— *Hæret lateri lethalis arundo.* Virgil. *Arundo mota, tant firma.*

Sicine signatum ex operatione ministrorum furentium, qui dum proprio incubuerunt sceleri, famulati sunt Redemptoris intentioni: etenim ponentes arundinem in dexteram eius, genuque flexo adorantes uti regem, eius vel in illos exprimebant amorem. Illudebant, sed regem amoris, vel amorem divini regis vel nescientes salutabant. Improprie amor eximius demonstrari in arundine videtur, quum hæc, levis utpote hinc inde vagatur: equidem quasi volatilis mutat situm iuxta currentem vel concurrentem ventum, torquendo & retorquendo inclinationes, & motus inclinationum iuxta cursum aut recursum ventorum stantium. Iecirò negat Ioannem Baptistam esse arundinem vento agitaram, qui cuius tenuit propositum, semper secutus est cursum. Veraculé: *No mudò rumbo.* Quare ergo pro firmitate vehementis amoris, exponitur sceptrum vagæ, levisimæ arundinis? Perpende. Dum quiescent ventorum flamma, arundo semper versus eorum lum recta. Dum ventorum undis agitatur, inclinatur, movetur & commovetur; sed contra ventum stantem, minimè ad ventum moventem: amorque eximius comparatur arundini; ex levitate temporis magis constanti; quoniam amor claret in pectore eximius, dum cordis inclinatio adversus temporis motus. Amor in hominibus sequitur ventos. Iuxta aspirantem ventum, vel quiescentem, re-movent aut movent amorem; plaudentes, vel plodentes affectum, qui vertitur vel invertitur secundum temporis motum, per inæquale aphonogum tempus; quippe adversantur mutuo, continuo & posterius & prius. Excellentia veri amoris opponitur amoris instabili temporis: amorque Christi arundini rite confertur; quæ contra ventum à vento mota inclinatur; quippe firmitus radicans in pectore, ex temporis levitate. Nostrates: *El amor de Christo excessivamente firme; porque se inclina contra el tiempo que corre.* Parvè ducit plausus vel despectus: stat in hominum levitate constans animus; dilexit propter amorem, & dilexit propter se, qui semper stat.

— *Certo nam tempore cuique Inspirat tacitè blandum per pectora amor.*

Sed desecit à fide, claudio & claudican.

Virgil. Arundo mota, tant firma.

Math. 11. 7.

Amor eximius adverbis temporis motus.

Nat. Com. ubi sup. lib. 1.

Alapid. Amor ab a sensu ageta

Oridi.

Certamen absentia Christi amoris.

Nat. Com.

In illam ingeniosus Christi amor.

Ovid. Epist. 19. v. 30.

Luc. 24. 15.

Math. 28. 20.

tante tempore. Christi stat: equidem quanvis sui duntaxat diligebant iuxta tempus; firmiter cum dilexisset arète, dilexit suos. Estò volarent in dilectorum corde, respectu amoris Christi (ut alio canit Ovid. 5. *Triph. Eleg.* 2. v. 9.)

Proceedunt tempora tardè.

19. Tempora labuntur tacitè efficacitate musica, sufficiturque absentia pro dissono tempore; igitur ad amorem tonus temporis & motus, non est cursus, sed incurfus. Coeli enim iam portabant vocem fidium; quia modò nec loquelæ nec sermones quorum non audiantur voces & dulces. Absentia in amorem occurrit cantus, sed in magna domo auctus est sonus, suavitatis plenus. Eccli. 50. 20. equidem concinnavit Christus superioris musicam, ut expugnaret amoris nocentiam. Absentia fatagit adversari, & iurgio consonantiam impedire. Aquivoco Hispano: *Contrapuntar.*

Non tenet imperium regis, nil audit, & unus

Est cordis fragor, & strages & marmur, & ira.

Uti succinit Natal. Comes, ubi sup. lib. 4. Prævus absentia animus, cui amor invitus: etenim etsi presentia ignis musica crescit, in absentia voce cadit; quoniam dum volat dilecti species, vox, quæ absentia dissona, intercudit flammam ignis: igitur invenitur in arte amoris sine arte, & continuis intervallis nullas cantus habet voces. Hic est recessus tenor & modus, ubi lumina infelix fugit dilectus. Quo ergo modulo Christi exponitur summa in absentia dilectio; ubi dicitur transiturus ex hoc mundo? In bivio detinetur amor? Nullo modo. Absentia clamabat, ne audiretur tot vocibus Christus, ac periret sine modo dilectus mundus; sed rancæ factæ sunt præ clamore fauces eius: igitur illam ut prævaleret in dilectione tenor,

Adstrinxit verbis ingeniosus amor.

Acutior tunc amor edidit vocem. Ingeniosus in studiis cogitavit artem, quæ dilectorum oculos fugeret & fugiens cum dilectis miro modo maneret, Hoccine prodigium dilectis indicatum est, cum duo ex illis irent in castellum Emmaus: siquidem ex peregrina specie arbitrabantur illum longe ab oculis; sed amor *ibat cum illis.*

20. Miremur ingenium. *Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi:* dixit illis valedicens. Si discedit, & transit ex hoc mundo ad Patrem, quo

genio cum illis usque in sæculi consummationem? Facta cœna & instituta Eucharistia. *Hac de causa Christus* (subdit Alapid.) *vocatur Emmanuel, id est, Nobiscum Deus.* Absentia frigit amor, vel aboletur: veri amoris nonnunquam manet tenor, cuius dilectio etiam amissã vitæ non moritur. Videbatur dilectione quasi extincta dilectio, cum transiret Christus in coelestem ex hoc mundo: & ut vincat absentiam, amore nimio instituit Eucharistiam; quia sacramentum amor singularis cogitavit, quo presentia fugeret, atque presentia maneret: igitur ibi videtur, a quibus non videbatur. Aliud est fingere ab oculis, & aliud oculos fugere cordis, scilicet, excellentiæ charitatis; cuius ingenium, ut dicitur à Genitium Doctore, complectitur impossibilis: igitur si videtur, adesse & abesse; vicit, dum esse in caelo & in Eucharistia excogitavit: quandoquidem oculis cordis manet & oculos fugit; quippe præfens patet oculis estò non videatur præfens.

21. *Vado & venio ad vos* ob huiusmodi ingenium charitatis, in sermone post cœnam dixit illis. Haud facilis testimonij sensus, quippe in opposita motus. Ego, ait, à mundo cogito exitum, sed ero vobiscum, *Vado & venio.* Si vadit, quo ingenio venit? Si venit, quomodo vadit? Impossibile prorsum, adesse & fugere: presentem esse & non esse. Impossibile haudquaquam ingenioso, eximio amori, studium pulchritudinis habentis equidem ut peregrinus, mirabilis, novus, excogitavit, ut diligeret suos; ab oculis dilectorum longè abire, & cum illis, uti charis, esse sub aliena specie. Impossibile erat, haud instituta Eucharistia: possibile, estò mirabile, *cœna facta.* Hoccine augustum singulare Sacramentum titulat miraculum complicatum; quod, memoriam faciens mirabilium suorum, adinvenit gloriose charitatis ingenium. Propter absentiam corporis necessarium, hanc eiusdem corporis excogitavit presentiam. Presentia & absentia eiusdem, est perpicua contradictio: quam superavit ingeniosa dilectio: quippe ingenium insignis amoris magni; presentem esse, & non esse. Ob digressum ab hoc mundo, Christus vadit: ob accessum sub specie peregrina, in mundum venit. Non vadit & venit hinc inde, quia inconstans amor. Venit eodem tempore, quo vadit. Morte exprimit distantiam: Sacramentoque presentiam. Vadit, quippe transit

2. Cor. 88. In quo Eucharistia mysterium.

Ioan. 14. 28

Cap. 13. 24

Eximii amoris ingenio esse presentem, & absentem corpore.

ex hoc mundo. Vadit veniens, quia manet in Sacramento: stante in quinque vocibus, amoris firmi inventione; adversus voces atque diapsalmata absentia: igitur nascitur propter hominis amorem, abire & esse presentem.

22. Sol iustitia Christus Dominus dum emisit spiritum, cognovit & non cognovit occasum. Vide num. 16. Cognovit occasum, quippe ab hoc mundo discessit; non cognovit, quoniam in hoc mundo mansit. Occasus vitæ erat crux, quem cognovit dilectione flagrans cor. Crux erat occasus vitalitatis, sed non vitalitatis amoris: equidem huius perseveravit flamma, vel vitæ extincta; cum ascenderet super occasum, intuituens mirabile sacramentum, quo corpore esset absens, & corpus præfens.

Ingenium amoris quantum, & in quos?

N. I. & 3:

Occurrit illustre testimonium. Non turbetur cor vestrum, eodem in articulo dixit. Si abiero iterum venio. Iterum venio accipitur de iudicio futuro. Vide Maldonatum, & Caetan. hic, qui subdit: Venio pro venturus sum. Non accipio, siquidem præfens deservit dilectionis sacramentum. Quia abibat, cor illorum turbabatur; dicitque illis, Non turbetur: Abibo, veniam, & venio: igitur si abeuntis aliquando futura corporalis presentia; habetis in Eucharistia. Non turbemini: amoris ingenio, charitatis artificio, vado & venio. Non turbemini. Presentem utique habebitis, etiam per vitæ occasum abiero à vobis. Quid est quod vadis (ait August. hic tract. 68.) quid est quod venis? Si te bene intelligo, nec unde vadis, nec unde venis, discedis. Subtilis cogitatio, sed alia in nostrum propositum cogito, ex ipso textu.

Caetan. Præfens pro futuro.

August.

23. Si abiero, iterum venio. Abit & venit: abije & veniet in mundum. Sed quorsum iterum? Iterum veniet, dum in cælum abijt. Quando primò, ut dicat iterum in adventu? Venit de cælo in inferiores partes terræ, sed à terra non abiverat. In ascensione in cælo recessit à terra, venturus in gloria. Quo pacto dicit iterum, dum unum, post abitum, credimus reditum? Non est unus, ubi amor in dilectos ingeniosus. Veniet sanè in mundum in fine mundi, cum abijset à mundo: huncque adventum dicit iterum, ut constet eius dilectio: equidem si veniens ostenderet mundo presentiam, pridem abiens venerat in Eucharistiam. Pridem, propter amorem, ut dilecti ita amantem habeant presentem.

Miraculum magnum in Eucharistia indicat amoris Christi: si intentionem suam.

Unde cum eius advenientis presentia permancat in Eucharistia; primò venit in augustum Sacramentum, qui venturus est in mundum.

24. Apud Ethnicos usovenit, chariores suscipere ore ultimam hallum moribundi; quasi in illis animam deponeret, quorum manus eius lumina clauderet. Unde Ovid. ad Liviam, v. 157.

Sospite te saltem moriar Nero: tu mea condas

Lumina, & excipias hanc animam ore pio.

Abibat, & clausis oculis ultra impotens videre, quos diligebat eximie: & ut aliquomodo expelleret in recessu amoris novercam, dilectis credebatur animam, quæ abiens sedebat in pectore amico, quasi in deposito; quin absentis deficiente vitæ, intercederet absentia: igitur si anima fugiebat oculos, nequaquam pectus, Fulgeat ergo Christi charitas, per quam correctæ vetustas. Qui manducat me, ipse vivet propter me: inquit de huiusmodi sacramento Assertor noster. Nemo vivit alterius vitæ, quippe cuncti vivunt vitæ propria; quæ motus à se, quod vitæ alterius non sit. Quo ergo ingenio vitæ Christi vivens vivet, qui illum condigne susceperit? Hæc cuncta cogitamina eius amoris pro meditata presentia, in absentia necessaria; quæ dilectio friget, vel non fervet: à corde removetur, vel suffocatur. Amici visuri erant in cruce animam exhalantem, sed non absentem: dicitque per illum victuros viventem, ingenio miro delicati amoris: igitur dum videbant, estis mælli, mori vitam; in pectore dilectorum amans deponerat animam. Datur absentia, ubi deficiens avolat vitæ: & in morte Christi, eius haud videtur absentia; quoniam perperam; etiam in morte, cogitari potest defecisse halitum, cum dilectus qui vivit, vivat per illum. Fugit ab oculis, sed sedet in throno pectoris.

Ovid.

Mori ubi corum morientium.

Toann. 6. 57.

Quo ingenio Christus moriens, corpore absenti?

25. Quomodo possunt hæc fieri? Videre. Intendit Elias videre in spelunca gloriam, præaudiens mirabilem musicam. Unde pro Sibilis aure tenet, legit Chald. Vox summissa subtilis. Vox Angelorum cantantium in silentio. Huiusmodi cantus eius elevavit mentem percutiens aurem. Ecce vox ad eum. Quod cum audisset Elias, operuit vultum suum pallo. Si videre gloriam cupit, lumina operit? Modo intendit singulari, si clausis oculis fatagat videre. Utique, in signum amantis pro præ-

5. Reg. 19. 12.

Verf. 13.

Claret in generalis peccatoris, dum fugit ab oculis.

presentia rei absentis. Subterfugit oculos, ubi presentia non sensus: & dum cupit desiderata videre: ut videat, oculos claudit: equidem invenit in clausura peccatoris, quod per absentiam evanuerat ab oculis. Quisquis amat, à dilectis videtur præfens, nequaquam absens. Quisquis diligit eximie, semper præfens: equidem si per absentiam non invenitur à facie; qui amat vehementer invenitur in corde. Præfens est, & non videtur; non visus & invenitur: invenitur interius, qui non visus: pallioque obnubitur facies, dum presentia desideratur amoris; quippe animam illustrante presentia, transit dilectus, ut videat, in animæ penetralia. Vox musica singularissimæ fit; & in silentio, quippe loquitur ad cor: hæcineque musica dicitur silentio gloria; igitur nulla maior, quam nulla absentia

Amoris gloria, quod nulla absentia.

in absentia: ingenio namque amoris, sua præmia, excellenti fide; qui abest, ut præfens invenitur in pectore. Iam absentia: & fuisse contabuit musica cor: & ut canit aliò Ovid. Epist. 21. v. 198. Pleura dolore tacent: muta dolore lyra est. Ovidi. Sicce qui ab amore victus, vicit omnia, vocis mirifica scientia. Per amoris singularis tenorem, superavit absentiam, tempus & ingratitude. Quis enim resistet, dum cunctius, quam fictus Amphion, saxa canendo movet? En divini meduli, cygni celestis singulare modulamen.

Iuvat ante suum sic cecinisse dlem. Idè, Epist. Cantabiles mihi sint iustificaciones tuæ. 22. v. 72. Sonet, o lesa! vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis. Quid facies decora, si dulcis musica? Ex corde meo Surgat ad æthera flamma.

Horm. Hugo.

